+

(5721)

227 221

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Propositiones cuiusdam autoris in materia de praedestinatione.

— 1.a Propositio

Usus liberi arbitrij, quo Justificamur, partim est à gratia, partim verò ex viribus naturalibus ipsius liberi arbitrij. Pars verò huius usus, quam attribuunt libero arbitrio, est acceptatio gratiae, qua scilicet vel vocationi consentimus, vel dissentimus

2.a

Posito eodem auxilio in duobus, alter defacto convertitur, alter manet in peccato.

3.a

Donum perseverantiae nihil est aliud, quam illustrationes atque excitationes gratiae praevenientes, quibus possumus defacto dissentire.

4.a

Quod Paulus revocat gratiam Dei ad merum beneplacitum cum filij sui, loquitur de auxilijs quibus vocamur. Haec enim dat quibus vult. Non verò de auxilijs quibus defacto Justificamur. Haec enim pendet à nostra libertate.

5.a

Deus non potest voluntate absoluta et efficaci velle ut ego aliquid liberè velim, nisi videat prius me ita voliturum esse.

6.a

Praedestinatio Dei praesupponit praescientiam, qua praevidet me ex mea libertate ita voliturum esse, Et tunc Deus etiam vult ut Ego ita velim

7.a

Praedestinatio & reprobatio parvulorum pendet à praescientia futurorum contingentium ut prius Deus videat an baptizandi sint, et quo casu morituri, quam illis velit beatitudinem eosque praedestinet.

8.a

Probabile est non prius voluisse Deum summa & maxima bona Christo domino Et matri, quam praevideret eos ita esse volituros, et datis bene esse usuros

9.a

neque ex parte divinae volitionis, neque ex parte rei volitae, vult Deus media propter finem taliter, quod ex hoc quod est nobis volita beatitudo, Sit etiam volita gratia ad illam consequendam: saltem in causis liberis in quibus Deus concurrit